



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Demetrii Parricidii rei defensio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Genius. dominandi libido. Fortuna autem, per quam se
seruatum hic Perseus dicitur, est ipso genio dei pax
prosperitatis. Et ut dicuntur à Menandro.

Lustratio. III. Parricidij crimen intentatum, colligitur
ex effectu. Gradus, ac primum ex recenti lus-
tratione, que imago iustie pugna fuit. Lustrale
certamen à Tacito vocatur. Annal. l. 16. Hanc
(inquit) Perseus dum obiret Demetrius pene ludo
iunior parricidium.

IV. Probabilis fit oratio ex circumstantijs ap-
tissime enucleatis: Hinc acru, & neruosa pugna-
citas.

V. Post rem probatam, per Aporiam adhibetur
Dii Paterni motus non ut accessitus, sed leniter è suo fonte
deriuatus. Dij autem paterni, quorum hit me-
minit, sunt Ponares, & quibus Clemens Alexan-
drinus nigris Cypri, & Schol. Apollon. & Ar-
nob. aduersus gentes l. 1. & l. 3.

VI. Gradum facturus ad aliud crimen callide
nomen, & beroeum tam patris usurpat, dein
de summa dexteritate innecit criminacionem
de amicitia cum Romani, & spes inuidendi re-
gni. Philippus autem multatus fuerat aliqua
parte imperij à Romanis, & nondum concoctus.
dolor. Scribat Perseus quo parte iam exulcer-
tus suspicata Parentis animus esset feriendus.

VII. Hac igitur ianuâ, quam sibi patere facili-
lius existimabat irripet, grauius exagitat De-
metrium, ab amicitiam Romano um, apud quis
legatus fuerat. Hinc dira simulatio sibi instilla-
tur, ita autem in responsis Scenatus feretur: τὸν
αἰσχοντα πάντας τὸν δὲ αὐτὸν χάριν, και-
μίσιν εἰς τὸ Δημήτρες οὐδέ τοι. Polybius.

VIII. Firmatur coniectura ex T. Quinty litore
ad Demetrium, & callidissime in eum Pa-
tris adducitur vel adolefens: efficaciter autem o-
ratione dixit Demetrius ijs omnia est. Sic gra-
ce dicunt tanta. quad & latine exulte ar-
biter in satyrico. Quare in cœlum abiit, & Tri-
micionis Tapanta est.

IX. In peroratione prætentitur simulata mo-
deratio, & simili consilii artifex, suis fraternum
eruor: in illa rabies, sed vix malitia sua integra-
mentus euoluta.

**Demetrius
carus Ro-
manus.**

Tapanta.

DEMETRII PARRICIDII rei defensio.

Relegit duo criminis obiecta, & confusat

penè ab ipsis locis, maximè autem
conatur repugnantibus implicare ad-
versarium: quod argumentum ad co-
futationem potentissimum esse solet.
Diccio nobilis est, miserationes valde
graues, & oportune.

Omnia, quæ reorum antea fuerant auxilia,
Pater, præoccupauit accusator, simulati-
que lachrymis in alterius perniciē, ve-
ras meas lachrymas suspectas tibi fecit: quum
ipse, ex quo ab Roma redij, per occulta cum
suis colloquia, dies, noctesque insidietur vltro
mihi: nunc non insidioris modo, sed la-
tronis manifesti, & percussoris speciem in-
duit. Pericolo suo te exterrit, vt innoxio
fratri per eundem te matureret perniciem: per-
fugium sibi nusquam gentium esse ait, vt ego
ne apud te quidem speci quicquam reliqui ha-
beam: Circumuentum, solum, inopem, inui-
dia gratia externe, quia obest potius, quam
prodest onerat. Iam illud quam accusatoria
quod noctis huius crimen miscuit cum cæte-
ra infestatione vitæ meæ, vt & hoc, quod
iam, quale sit, scies, suspectum alio vitæ
nostræ tenore facere, & illam vanam crimi-
nationem speci, voluntatis consiliorum meo-
rum, nocturno hoc facto, & composito argu-
mento, fulcire: simul & illud quæsui, vt
repentina, minimeque preparata accusatio
videretur: quippe ex noctis huius metu, &
tumultu repente exorta. Oportuit autem,
Perseus, si proditor ego Patris, regnique eram,
si cum Romanis, si cum alijs inimicis Pa-
tris inieram consilia, non expectatam fabu-
lam esse noctis huius, sed proditionis meæ
ante me accusatum, si illa criminosa, ac vana
accusatio erat, inuidiamque tuam aduersus
me magis, quam crimen meum indicatura,
hodie quoque eam, aut prætermitti, aut in a-
liud tempus differri, vt perspicceretur, virum
ego tibi, an tu mihi nouo quidem, & sin-
gulari genere odij insidias fecisses. Ego ta-
men, quantum in hac subita perturbatione
potero, separabo ea, quæ tu confusisti, & no-
ctis huius insidias aut tuas, aut meas detegam.
Occidendi sui consilium me iniisse videbi
vult, vt feliciter maiore Fratre sublatro, cuius
iure genium, more Macdonum, tuo et-
iam (vt ait) iudicio regnum futurum est: e-
go minor in eius, quem occidisse, succede-
rem locū. Quid ergo illa sibi vult pars altera

ora

orationis, qua Romanos à me cultos ait, atq; corum fiducia in spem regni me venisse? Nam, & si in Romanis tantum momenti esse credebam, vt quem vellet, imponerent Macedoniæ regem, & meæ tamū apud eos gratiæ confidébam: quid opus parricidio fuit? an vt cruentum fraterna cæde diadema gereret? vt illis ipsis apud quos aut vera, aut certe similitudine probitate partâ gratiam habeo (si quâ forte habeo) excrabilis, & iniurias essem: Nisi T. Quirinum credis, eni⁹ virtute, & consilijs me nunc arguis regi, quum & ipse tali pietate viuat cum fratre, mihi fraternalē cædis suffisse authorem. Idem non Romanorum solum gratiam, sed Macedonum iudicia, cpenè omnium Deorum, hominumque consensum collegit, per quæ omnia se mihi parem in certamine non futurum, crèderet: Idem rāquam in alijs omnibus rebus inferior essem, ad sceleris spēn vltimam confugisse me insimular, vis hanc formulam cognitionis esse, vt vter timuerit, ne al⁹ er dignior videretur regno, is consilium opprimendi statris, iudicetur cepisse, exequarum tamen quocunque modo conficti ordinem criminis. Pluribus modis se petitum criminatus est, & omnes insidiarum vias in unum diem contulit. Volui interdiu eum, post lustrationem quum concurrimus, & quidem (si Dijs placet) lustrationem die decidere: volui, quum ad cænam iuuitau, veneno scilicet tollere: volui, quum comediatū gladijs accincti me secuti sunt, ferro interficerere. Tempora quidem qualia sint ad parricidium electa, vides: lufus, conuinij, comediationis, quis dies, qualis, quo lustratus exercitus, quo inter diuisam victimam, prælatis omniā qui vnguam fuerit Macedonie regum armis, reges duo solito more tua tegentes latera, Pater, præueti sumus, & secundum est Macedonum agmen. Hoc, ego etiam si quid ante admisilem piacuo dignum, lustratus, & expiatus sacro, tum, quum maximē in hostiam, itineri nostro circumdatam, intuens, parricidium, venena, gladios in comediatione præparatos volutabam in animo, vt quibus alijs deinde sarcis contaminaram omni scelere mentem expiatem? sed coecus criminandi cupiditate animus, dum omnia suspecta efficeret vult, aliud alio confudit: Nam si venuisse te inter cænam tollere volui, quid minus aptum fuit, quam pertinaci certamine, & concurso iratum te efficere, vt merito, sicut fecisti, invitatus ad cœnam abuveres, quum au-

tem iratus negasses, vtrum vt placarem te, danda opera fuit, vt aliam quererem occasiōrem, quoniam semel venenum paraueram: an ab illo consilio velut transilendum ad aliud fuit, vt ferio te, & quidem eo die per speciem concessionis occiderem? quo deinde modo, si te metu mortis credebam cœnam euitasse meam, non ab eodem metu concessionem quoque euitaturum existimabam: non est res, qua erubescam, Pater, si die festo inter æquales largiore vino sum usus, tu quoque velim inquiras, qua lætitia, quo lufu apud me celebratum hesternum conuiuim sit, illuc etiam prauo foisitan odio prouehene, quod in iuuenili armorum certamine, pars nostra non inferior fuerat: miseria hæc, & metus erupulam facile ex uiserunt. Quod si non interuenissent, insidiatores somno sopiti iaceremus. Si domum tuam expugnatrus, capta domo dominum imperfecturus eram; non temperastem vino in unum diem? non milites meos abstinuisse: E, ne ego me solum nimia simplicitate tuear, ipse quoque Vip̄: mīp̄: minime malus, ac spicax frater, nihil aliud rancia jenitio, inquit, neque arguo, nisi quod cum seruū opus pro concessatum venerunt. Si queram, unde gr̄f̄: id ipsum scias, neccle erit aut speculatorum tuorum plenam domum fuissē meam, aut illos ita aperte sumpsisse ferrum, vt omnes viderent, & ne quid ipse aut prius inquisisse, aut nunc criminole argumentari videretur, te querere ex ijs, quos nominasset, ubebat, an ferrum habuissent: vt tanquam in te dubia, quum id quæsissēs, quod ipsi fatentur, pro connectis haberentur, quin tu illud quæri iubes, num tui occidere caussa ferrum sumpserim; num me auctore, & sciente. Hoc enim videri vis, non illud, quod fatentur, & palam est, & si se tuendi causa sumpsisse dicunt. Recete, an perperam fecerint, ipsi sui facti ratione in reddent meam causam, quæ nihil eo facto contingitur, ne miscereris, aut explica virum aperte, an clam te age, effuri fierimus. Si aperte, cui non omnes ferrum habuimus, cui nemo, p. æri eos, qui tuum speculatorum pulsarunt. Si clam, quis ordo consilij fuit: conuinio soluto, cum comessator ego discesssem, quatuor substituerent, vt lope-ru⁹ te aggredierentur, quomodo fecerint, vt & alieni, & mei, & maximē suspecti, quia paulo ante in rixa fuerant, quomodo autem trucidato te, ipsi euasuri fuerint? quatuor gladijs domus tua capi, & expugnari potuit: qui

et omisso ista nocturna fabula; ad id, quod dolēs, quod inuidiam vrit reuenteris? eur vīquam regni tui mentio fuit Demerit; cur dignior parris fortunæ successor quibusdam videris, quam ego, quum spem meam, quæ si tu non es, certa erat, dubiam, & sollicitam facis? Hæc sentit Perseus, & si non dicit: hæc istum inimicum, hæc accusatorem faciunt: hæc domum, hæc regnum tuum criminibus, & suspicionibus replent. Ego autem, Pater, quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere vñquam de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me maiori cedere vis: sic illud nec debui facere, nec debeo, ve indignus omnibus videar. Id enim, vitijs meis, non cedendo cui ius, falsque est, non molestia consequar. Romanos obijcis mihi, & ea qua gloriæ esse debent in crimen veritis. Ego nec obses Romanis, vt traderer, nec vt legatus Romanam mitterer, à te petui: missus, ira non recusat: vtroque tempore ita me gessi, ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Macedonum essem: itaque mihi cum Romanis amicitia causa fuisti, Pater, quoad tecum illis pax manebit, mecum quoque gratia erit: si bellum esse coepit: qui obses, qui legatus pro patre, non inutilis fui, idem hostis illis acerrimus ero. Nec hodie vt profit mihi Romanorum gratia, postulo: nec obssit, autem deprecor: nec in bello coepit, nec ad bellum referuerit. Pacis pignus fui, ad pacem rerinendam legatus in illo sum: neutra res mihi nec gloriæ, nec criminis sit. Ego si quid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor pænam. Si innocens sum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non possum, deprecor. Non hodie me primum frater accusat, sed hodie primum aperte, nullo meo in se merito. Si mihi Pater succenseret, te maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat: te adolescentiæ, te errori veniæ impetrare. In eo, vbi præsidium esse oportebat, ibi exitum est. E conuiuo, & comedessione prope semisomnis, raptus sum ad causam parricidij dicendam: sine adiunctis, sine patronis, ipse pro me dicere cogor, si pro alio dicendum esset, tempus ad meditandum, & ad componendam orationem sumplissimè, quum quid aliud, quam ingenij fama pericliter, ignarus quid acersitus essem, te iratum reiubentem dicere causam, fratrem accusantē audiui. Ille diu ante præparata, meditata in hac oratione est vñs, ego id tantum tempo-

ris quo accusatus sum, ad cognoscendū, quid ageretur, habui: vtrum illo momento hoc accusatorem audirem, an defensionem meditarer? attonitus repentinio, atq; inopinato malo, vix quid obijceretur intelligere potui: ne dum satis sciā quomodo me tuear. Quid mihi spei esset, nisi Patrem iudicem haberem? apud quem etiam si à fratre charitate vincor, misericordia certe, reus vñci non debeo. Egō enim, vt me mihi, tibi que serues, precor: ille vt me in securitatem suam occidas, postularat, quid eum quum regnum, ei tradideris, facturum credis in me esse, qui iam nunc sanguine meo, sibi indulgeri & quum censem.

OECONOMIA orationis.

- I. Exordium aptissimum, & ex tempore natum, in quo versutias accusatoris detegit, & exulceratum patrem prudenter mitigat.
- II. Dolum malum huius criminationis arguit dilemmate, si enim antea proditor Demetrius, cur tantum scelus in Patrem, & regnum facebat? Si primum, quorsumilla velutus criminationis?
- III. Confutatio, in qua artificiose, & subtiliter aduersarum urget à repugnantibus, incredibile esse palam faciens, eum qui amicitia Romanorum tantum posset ad submouendū fratrem, ad ultimum parricidij scelus animum conuertisse. Accedit Titi Quinti persona grauitas, cuius mores sunt ab suis sceleribus alieni.
- IV. Urget maximè repugnans aduersarij argumenta. Nam cum Deorum, & hominum consensum collegerit penes Demetrium, incredibile est eundem parricidio voluisse, quod illy tantu& favoris lenitate obigerat.
- V. Diluit suspiciozem parricidii ab adiunctis temporum, & locorum, non satis tamen firma vident: r argumenta. Quod autem hic ait de lustratione per victimam. Cruentum habe huius lustrationis ritum apud Herodot lib. 4. Vbi Xerxes cruentus Pythio Lydo, filiorum patris vnius delitas. vacationem à militia postulanti, quem vellet eligere permisit. Deinde, quem elegerat in duas partes distractū, ab vtroque via latere posuit, & hac victimā lustravit exercitum. Non pecude, quod fieri solebat, sed humano cruentabilius.
- VI. Crimen dilusi à securitate animi, & letitia huius

Querimonia
Demetrius
magistrus.

buius diei, que in homicidio esse minime poterat. Urbanam autem, & candidam excusationem premitit, maxime apud suam gentem, cui grata Regum violentia. Tacit. Ann. 9.

Vincentios Puro magna consilia, vincentios non admittunt. Quippe anima siccata sapientissima, & tunc magna concilia.

in ebrietate, ut ait Clemens ALEXANDRINUS, κυρενης δὲ τὸς θεράπωνος περιφέρεται τῷ κλύδωνι πατερχότας τοῦ μέθης σύνδαλα πενθεῖται εἰληγίᾳ. Gubernatrix humana mens abicitur, quasi fluctu se ebrietate superfundente, & mari immersa caligat.

VII. Confusat, quod obiectum fuit de armariis, acri, & velocioratione, cuius tamen argumenta non sunt Gordij nodi.

VIII. Transficiatur criminazione parricidi ad causam fraterni in se odii, quam per captam sermocinationem preclare injunxit. Inuidet quisque Perseus Demetrio singulares animi, & corporis dotes, quibus argior habebatur regno. Hoc de pso Demetrio testatur Polybius legatione. lib. τερτιοῦ (inquit) πόλι τὸν ἀδελφὸν περὶ τὰ λαδα τάρτα καθοδεψῶν καὶ τὴν φύτει καὶ τὴν κατασκευὴν. Inde autem coflatam fratris iniuidam prudenter, honesta, sublimioratione diligenter.

IX. Delabitur ad amicitiam Romanorum. In quo aduersarii riminationes magnifice confusant, & orationis haec alterius usus, quem λαμπρότερα Graci Rethores appellant.

X. Peroratio suauis, & artificiosa, in qua animaduertes postulationes aquas, & ciuiles motus commiserationi lenes simul, & graues, ex causa in quietate, & angustiis, in quae miser adolescentis connectus est excitatus. Tum aptam Patris delitionem, qua non ex inclinato in dolorem, aut affectionem animo, sed ex veragenerositate oriatur.

CRATERII ORATIO de Philotae suppicio.

Ex Curtio.

Hec est valde artificiosa, simplex verbis magna sensibus, & in occultanda iniuria, qua ardebat aduersus Philotam callidissima.

V Tinam in principio quoque huius rei nobiscum deliberasses. Sualissimus, si

Philotae velles ignoscere, patetere potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam vilique ad mortis metum adductum cogeres potius de periculo suo, quam de tuo beneficie cogitare. Ille enim semper insidiari tibi poterit, tu non semper Philotae poteris ignoscere. Nec est quod existimes eum, qui tantum facinus aulus est, venia posse mutari. Scit eos, qui misericordiam consumperunt, amplius sperare non posse. At ego, etiam si ipse vel penteentia, vel beneficio tuo vietus quiescere volet, patrem eius Parmenionem tanti ducem exercitus, & inueterata apud milites tuos auctoritate, haud multum infra magnitudinis tua fastigium positum, scio non aequo animo salutem filij sui debiturum tibi. Quidam beneficia edimus, meruisse mortem, confiteripudet. Superest ut malit videtur, iniuriam acceptisse, quamvis vitam. Proinde scio tibi cum illis de salute esse pugnandum, satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus. Iam à domesticis hostiis muni. Hos si submoveas, nihil metuo ab externo.

OECONOMIA orationis.

- I. Primo flatuit, misericordiam nullam esse, diuina ubi flagitorum deformitas praevalit, ut ait Cor. est ubi flagel. Tacit. Annal. 11.
- II. Deinde, si quis locus esset misericordia, tamen reor etiam nobilis nunquam fidendum esset, qui hoc deformiter ipsum beneficium, quasi sua ignominia monumentum odisset.

ORATIO PHILOTAE AD Milites.

Argumentum.

Post Regis orationes habitas, quibus falso accusabatur Philotas, iam supremo suppicio afficiendus, his se purgare conatur, sed frustra, nam praeiudicium alexandri immisari non poterat, & postea ei iam per quaestiones, & corm. n. a cor. plura verba dicebat. Verum hac oratione ad milites adstantes utrum, quum excessisset Alexander concione, purgat se de suspicione parricidij, de amicitia Amynta, de literis in Alexan- drum scriptis, granis affectus immisces.

EX

Venia &
misericor-
dia q. sancti
facienda.